

**Lacrymae In Immaturum & acerbissimum, Beatum tamen & placidissimum
Obitum Literatissimi & Praestantissimi Iuvenis, Dn. Johannis Alberti Cothmanni,
L.L. Studiosi industrii, Viri ... Dn. Johannis Cothmanni, Icti ... Filii ... Qui Iuvenis
XX. Annorum in alma Rosarum Academia, periculoso nunc temporis
Exanthematum seu Pustulatum morbo, in medio Studiorum cursu, & aetatis flore
amaenissimo expiravit, suamq[ue] Christo Redemptori Animam Domin. Exaudi,
Die Maii 26. multis votis ac suspiriis reddidit ...**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770478093>

Druck Freier  Zugang



Lacrymæ

In

Immaturum & acerbissimum, Beatum tamen
& placidissimum

Obitum

Literatissimi & Præstantissimi Juvenis

**DN. JOHANNIS
ALBERTI COTHMANNI,**

L.L. Studiosi industrii,

VIRI

Nobilissimi, Magnifici, atq; Amplissimi

DN. JOHANNIS COTHMANNI,

Jcti celeberrimi, Sacri Lateranensis

Palatii, Aulæq; Cæsareæ, & Imperialis Consisto-

rii COMITIS: Illustris. DUC. MEGAP.

CANCELLARII gravissimi, &c. FILII

desideratissimi

Qui Juvenis XX. Annorum in alma Rosarum Aca-
demia, periculoso nunc temporis Exanthematum seu Pustula-
rum morbo, in medio Studiorum cursu, & ætatis flore amanissimo expiravit,

suamq; CHRISTO Redemptori Animam Domin. Exaudi, Die MIII

26. multis votis ac suspiriis reddidit.

Corp. vero terræ ad Diem V. Junii sequestrandum

reliquit.

Assensu & gratulatione, & debita erga Virum Magnificum

Patrem mestissimum, Familiamq; honoratissimam

effusa

ab

Amicis & Cultoribus.

Rostochl, Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr. 1650.





MUſarum decus & juvenum flos atq; co-
rona,
Ut flos heu! cecidit. Mors trucu-
lenta furit,
Parce Deus! Pater es, mœſtum ſolare parentem
Et ſerva Natos, quos habet is reliquos.

Ita laqueo

Obitum præmaturum,

Generoſi & Nobiliſſimi Viri-juvenis,

DN. JOHANNIS ALBERTI COTHMANNI,

L.L. Studioſi eximii

M. S. A. Superintendens Guſtrow.

Qui modò florebat magni ſpes magna Parentis,
Junior ante ſuos Cothmannus proh! cadit annos;
Ante annos cadit infelix mœſtusq; Parenti,
Non tamen infelix mœſtusq; ſibi cadit ipſe.
Siſte igitur lachrymas Mecænas inclyte. non Te
Spes fallit, cæli gnatus nunc floret in horto.

Debita obſervantia & condolentia conſeſtanda cauſa f.

*Hermannus Hartman, Paſtor. Cathedr.
Guſtrow.*

Heu cadis indignè viridi ſublatus in ævo,
O Cothmanniade, ſpesq; decusq; PATRIS,
Quem fore ſperabant columen, fulcrumq; ſenectæ,
Et certum noſtra ſubſidium PATRIÆ.
Namq; Tibi cordiſtudium virtutis, & artis,
Nec minus & vera religionis amor.

316

Sed confluxissent in Te licet auge mine pleno

Omnes virtutes, nunc tamen ipse CINIS!

At tu qui solamen eras, & firma PARENTIS

Spes, multum salve, perpetuumq; vale.

Te perpes requies capit, ac aeterna voluptas,

Te capiant sancti gaudia mille poli.

Felices anima, quibus hoc contingit in orbe,

Et vixisse pie, & post bene posse Mori!

Ultimi honoris, & debita observantia ergo. app.

M. Zacharias Schröder.

Ad

Nobilissimum & Magnificum

DN. CANCELLARIUM,

Obinsperatum & immaturam FILII natu ma-
ximi obitum acerbissimè afflictum.

I.

Qualiter immiti florem mucrone resectum,

Destituit subito vigor, & fugit ocyus euro!

Haud aliter cecidit morbo tentatus acuto

JANUS hic ALBERTUS COTHMANNUS;

quem modò FATA

Ostendunt terris, animi tot dotibus auctum;

Hinc PATER inluctu est. Nec enim medicata cicatrix;

Aut vulnus coit, dilectæ ex funere COSTÆ.

O Deus EXAUDI viduum! EXAUDI Deus alma!

Tot curis pressum, vaiisq; laboribus, ægrè

Ne ferat hunc tristem revocato funere casum,

Nec dolor ærumnæq; illum sine fine fatigent!

2.

Vix quinque vicibus Circumflus annus in annum

Per duodena poli signa relegit iter,

A 2

Hinc

Hinc cū migraret tua, CANCELLARIE. Conjunx,
 Conjunx quæ Corais portio chara tui;
 Corde dolōri fluo quam nos deflevimus omnes,
 Spargentes tumbis lilia mista rosis.
 Nunc MATREM insequitur florentibus integer annis
 FILIUS, & ponit Corporis exuvias.
 Scilicet ut viridi florens hyacinthus in arvo
 Exiguo Boreæ turbine tactus obit:
 Sic FLOS HIC JUVENUM membris, & robore
 pollens,
 Mox enervatus concidit ante diem.
 Quattuor ille suis vix lustra peregerat annis
 Floridus ingenio, moribus atq; bonis,
 Jamq; inceptabat famæ documenta futuræ
 Ausibus ingenii sat perhibere sui.
 Sed Spes decollat. DEUS est qui stamina vitæ,
 Temperat, & mirâ nos bonitate regit;
 Felix, ô felix! qui scit tentamina summi
 PRINCIPIS, atq; CRUCIS fert patienter onus.
 Ergo graves luctus, VIR Consultissime, siste,
 Atq; abitum NATI define flere tui.
 Non gressus ad TE referet, sic regius inquit
 Psalter, TU verò ponè sequeris eum.

*[Sic debitam suam condolentiam maximam
 Dn. PARENTI, &c, declarat*

*Stephanus Hane, Ecclesiastes
 Cathedralis.*

Fata doles natura tui Vir Maxime, nati,
 Quis pudor heu nati fata dolere sui?
 Natura imperio natos lugemus ademptos,
 Atq; Deo pietas jus habet illa suum.

AASIA

*Ulcus in luctu modus est. Si flere peremptos,
Non tamen in lacrymis nos perisse decet.
Non omnis moritur, qui Christi est sanguine lotus,
Vita sed extinctum post sua fata manet.
Nam gelidâ corpus dum compurescit in urnâ,
Spiritus in Jove vivit oratq; manu.
Felix qui poterit maris implacabilis aestus
Vincere & optato claudere fine diem!*

Johann Franciscus Glausing/ Eccles.
Parach. Gustrov.

Eheu! quid narrant? Magni cecidisse Parentis
Spem Magnam? Votum (proh) cecidisse Meum?
Eheu! quid narrant? narrant cecidisse Columnam
Surgentem patriæ. Tristia Fata! suæ
Illachrymor, nec acerba satis conscribere possum
Carmina, sic luctu saucius usq; premor.
Nam tenuit meus ille annos Albertus, ut esset,
Quo bene mox posset patria egoq; frui,
Illachrymor. Verum Patris quis vulnera dicet?
Frangitur, heu queritur, scipio morte meus!
Frangitur. At Domino placuit sic, orbe relicto
Mundi perverfo, regna subire sua,
Illesuo Dominus solamine triste Parentis
Soletur pectus; vulnera tanta liget.

Inser lacrymas desideratissimo suo Defuncto f.

Hermannus Krüger/ Pastor Luffoviens.

ΕΠΙΚΗΔΙΟΝ ΠΑΡΑΜΥΘΙΚΟΝ.

SI, Morta quos inflore messuit primo
Aevi videntis, flere fibricus; par est:

A 3

Mise-

Misericordia si tangit humanas mentes,
 Probè educatam quando mors rapit Prolem:
 Lugendus est, meritoq; jure deffendus
COTTHMANNIORUM natus inclita stirpe,
 Pleno vigens jam flore, **JANUS ALBERTUS**,
 Spes magna magni **PATRIS** & decus magnum
 Hic dum Camænis acriter litat, sanctæ
 Themidisq; Pullus non iners manu leges
 Et jura volvit. *Lazipyrga* quâ Varnus
 Prædives agros irrigat tuos pisce,
 Diem ante obit *Exanchematum* gravi morbo.
 Hæc vero mecum mente dumpiâ volvo,
 Hem! cogito: mortalium ut fluunt vanæ
 Spes, fluxiores Japyge aut celeri Cauro!
 Ut fata sunt incerta! vota ut eventu
 Irrita carent! Heu mente longulas vitæ
 Quam fingimus metas! malè ah fors ut fida
 Ingrata nostris nuncia auribus portat!
 Puppis perindè, quæ per æquoris fertur
 Agitata falsi fluctibus, brevia sæpè
 Incurrit in vadosa remige invito;
 Tabulæ fluunt. molesq; corporum Ponto
 Jactantur: Haut mortalium secus vita.
 Dicas vel unum, sis! homullum, qui vitæ
 Promittere horam, aut unicum queat momen!
 Sed quid opus est verbis? Probatum exemplis
 Nostra thesis, ac ei non nemo subscribit,
COTTHMANNUM erat spes patrios lares olim
 Cum gaudio redire posse. Jam fructum
PATER Themistos corde fingebat magnum;
 Quantus redibis, moribus probis cultus
Doctrinâ & expolitus ingenium quondam

Matu-

Maturus annis, Patria se ipsa quo jactet ?
 Sed nuntium eheu, triste quam feris aures
 Graviter PATRIS! defubito dum diem NATUM
 Refers obisse. Quantus heu dolor pectus
 PATRIS occupavit, Musa non potest verbis
 Aptis sat explicare. Quilibet secum
 Piâ revolvat mente, simile cui quiddam
 In morte voluit experirier JOVAH
 Charissimorum. Sed quis ausit internos
 Resistere JOVÆ? Quicquid hujus est factum?
 Factum est eo volente, cujus haut ullus
 Pilus renutu vertice decidit nostro
 Is vivit inter Cælites, videt MATREM
 Divam, ante aristas Morta falce bisbinas
 Quam messuit, hujus amplexu fruens laudat
 Unum DEUM, meta sine, ac DEUM Trinum;
 Æterna cujus aspectus eluit vita
 PATER hæcce meminens tristis in subito NATI
 Fato sui Volentiam DEI agnoscet,
 Estrice nec dolore concoquet pectus,
 Velut DEI secunda dogmatum turba
 Facit, futuræ destituta spe vitæ.
 Quin potius hac spe fulciet suum pectus,
 Posito hoc quod olim fasce corporis JESUS
 Sibi redditurus FILIUM sit. Hic sisto
 Gradum Hora namq; muneris negat plura.
 Firmet DEUS, quæ corditus precor, summus.

Hoc, Threnodes, solatiolum ex pio corde profectum
 NOBILISSIMO & Magnifico Du CANCEL-
 LARIO, PATRI mestissimo festinabam

M. Georgius Schedius, Sch. Gustv.

p. r. Rector.

Ab

Accidit multâ Juvenis virtute coruscans,
 Quis queso lacrymas est retinere potis?
 Quis retinere potis? probitas nam falce resecta est
 Morta atra, heu nimium sentio cordis onus:
 Verum quale Parens Dominus sentire putatur
 Cujus obit charus filius ante diem?
 Præditus insigni doctrinâ, moribus atque
 Albertus Janus nocte dieque studens.
 Jam recitent Musa, fratres lugentque sorores,
 Cognati. Affines, lugeat & ipsa domus,
 Viveret ð utinam tristis spes chara Parentis,
 Utilis ut patriæ possiet esse sua.
 At Dominum Patrem spes insperata fefellit,
 Sic etenim Sancta est visum aliter Triadi.
 Præclarum hunc Juvenem Christus complexus amore
 Summo, cæsi plasuit surripuisse malo.
 Celesti fruitur certo sine fine quiete,
 Quæ nos circumstans nulla pericla timent;
 Inde resurgentem quondam spectabimus illum,
 Cum mundi extremo tempore finis erit.
 Cessa ergo Fautor plangore ferire colenda
 Pectora, denati nec magè plange vices:
 Vulnera qua fecit, rursus Deus ipse ligabit,
 Hic sua scit variis damna levare modis.
 Seat sua cûiq; dies, stat certi terminus ævi,
 Omnibus ex aquo est illa terenda vias
 Hæc vale & tumulo placidè Cothmanne quiesce,
 Dum tibi Rex animam ritè redire jubet.

Veræ condolentiæ contestandæ ergo
 mortuus tundeat

Alexander Donstein,

Car.

CArmina scribentur Consolatoria magnis
Multa procul dubio VIR, Tibi, SUMME, Viris;
Omnia, ni fallor, sed eò tendentia, luctum
Ut fatagant omnem præripuisse Tibi.
Hoc & ego, si quid mea parvula Musa valeret,
Vellem; sed fieri vix ita posse puto.
Nam COTHMANNE Tuo nullos in funere fletus
Mittere, res veniam non habitura foret,
Quem sic extinctum Rosæ luxere Camænæ,
Ut nato Genitrix orba dolere solet,
Cujus ad occasum pullo stirps firmate Clara
Incedit, cladis vulnera fassa novæ.
Et non immeritò! Quid enim Tibi MAXIME FAU-
T O R

Quid magè plorandum, quid magè triste foret?
Nam jacet, ille jacet, saturos ætate Parentes
Quem fuerat fato fas remorante sequi!
Quem Tibi, mœste Parens, quem Patria, quem sibi sanguis
Cognatus magnum quibat habere Virum!
Et quis quæso queat tanto pugnare dolori?
Ipse dolor causam sæpè doloris habet.
Hac tantâ nostri PRIMATIS Clade quis unquam
Riserit, aut quis tam saxeus esse queat?
Tâm fera barbaries est nullibi, vulnere tanto
Quæ nolit meritis condoluisse modis!
Perdolet! at frustra dolet, & præpostera res est,
Hic, ubi nil prodest, velle dolere, dolor!
Cælica quin potius gratamur gaudia JANO
ALBERTO, Summi quæ capit axe poli.
Regna colit multò melioris tertia mundi.
Quâ niveas ducit signifer agnus oves.
Quâ sedet & magnum nutu Rex temperat orbem,
Quem peperit verum Virgo puella Deum,

B

Sit

Sit Tibi JANE Beate quies in partibus illis,
Quam nullus languor, nec movet ulla lues.
Terra Tui teneat placidissima corporis ossa;
Ac Tuâ perpetuos stent monumenta dies!

Andreas Mezmaier / Sch. Gustr.
Corrector.

Eheu! occubuit magni spes magna Parentis,
Flos juvenum, generis portio clara sui:
Proles nempe Viri, quem Pallas & aurea Peirho
Consiliis docuit res animare Ducum:
Alter Atlas Patria summo qui jure vocatur,
Cuiq; Palatino Caesaris esse licee.
Occidit heu! COTHMANNIADES quem Bartolus atq;
Baldus Doctores edocuere Themis:
Qui magnum COTHMANNORUM cum laude tueri
Et decus & nomen doctus & aptus erat:
Imò vel ad seros qui stemmatis usq; nepotes
Transmissurus erat, si licuisset, idem.
Proh dolor! Invidia stimulis agitata PARENTI
Abstulit in mediis hunc Libitina rosis.
Hujus flebilibus Juvenis dum funus acerbum
Urget COTHMANNI tota Propago modis;
Tu quoq; Rostochium, mea tu quoq; Gustravis ede
Consortes luctus, ut Deus ipse jubet.
Si quid vota valent, ego cœlica Numina poscam,
Clementi sanent vulnera facta manu.

Joachimus Geistius, Cantor.

Mæsta dies, bis mæsta dies! Date syrmata, Musæ,
Thuraq; COTHMANNI dum facimus tumulo;
Qui modò Pierios flos nobilis inter alumnos
Docta Medusæis labra rigabat aquis;

Qui

Qui Patris Herois Magni non degener hæres,
 Dulce Senectutis quiq; levamen erat;
 Qui *Cosmanniadum* quondam prænobile lumen;
 Spem præter mortæ cuspide læsus obit.
 Crudeles Parcæ! Serpens sibi prorogat annos,
 In mortem vires non habet ipsa Themis.
 Nec pietas, virtus, Majorum stemma coruscum,
 Nec tangunt stygios vota precesq; Deos.
 Quàm citò frondentes quercus spoliatur honores,
 Quàm citò purpureas perculit aura rosas;
 Tàm citò laudatæ fugiunt stipendia vitæ,
 Nam tali nobis conditione datur.
 Parce igitur lacrymis, GENITOR mæstissime, parces
 Velle DEI placitum sit quoq; velle tuum.
 Cum semel æthereas animæ conscendimus auras,
 Non exorata stat via clausa serâ.
 Vivimus: heic omneis unus manet exitus: ille
 Felix, cui Pietas pandit ad astra fores.
 Tu, rogo, concussam JESU Patris erige mentem,
 Funditùs & curas corde repelle novas!

*Ita collacrymabat, & mæstissimo DN. Patri,
 DN. CANCELLARIO MAGNIFICO ex intimis
 cordis sui vüceribus divinum solatium adprecabatur*

*Blasius Grabinus Mulhusinus Thuringus,
 Sch. Gust. p. r. Subconr.*

Indolis iugenuæ Juvenis pernicio fata
MARCELLI descripturus Maro, gloria Vatum,
 Lugubri tales effundit carmine questus:
 Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra
 Esse finent, istas heu! nunc revocare querelas
 Mors eruculenta jubet, dum sternit vere sub ipso
 Etatis rosea juvenem tria secula dignum

Lib. VI.

Æneid:

circa

finem.

A 2

Vivere

Vivere, Delicium patria, solamen Amicūm
 Nobile, Magnifici primævam Spem Genitoris,
 Ah te, te, COTHMANNE, Deus breve tempus iniquis
 Ostendit tantum terris, citò subtrahit inde,
 Nec sinit esse diu sub fædo crimine mundi,
 Ne mores reprobi, viciq̃, uberrima seges
 Corruptat mentem, aut gressus in devia flectat.
 Qui Juvenis moritur cura esse videtur Jova
 Præ reliquis; sat, crede, diu sub fornice cali
 Vixit qui vixit bene: felix perpete cursu
 Quisquis contingit portum, mora commoda non ferti
 Hinc JANI ALBERTI non tam cito fata dolemus,
 Quam gratamur ei, Spargentes Lilia plenis
 Dextris, & magnâ Manes ter voce vocantes.
 Ergo tu COTHMANNIA DUM quoq̃, summa superstes
 Gloria, Vir Primas, Aula Flos, Cor & Ocelle
 Principis, ex sanguine metas, age, pone dolori,
 Perfer & obdura, haur ignarus es ante-malorum,
 Et passus graviora, dabit DEUS huic quoq̃, sinema
 Quem dederat, repetit Numen, cum favore magna
 Ut tibi restituat, veniet cum terminus Orbi.
 Cede Deo, lacrymis succedent gaudia mille,
 Et reliquam sobolem benedictio larga manebit.

Fridericus Witmann / Scholæ Gustrov.
 Collega.

Welch ein elend Leben
 Damit man ist umgeben
 In dieser Eitelkeit!
 Lest sich noch etwas merken/
 Das uns einmahl könt stärken/
 Das legt sich vor der Zeit.

Dis

Diß hat auch leyder! troffen
Hans-Albrecht Baters-Hoffens

Ach wo ist nun sein Fleiß?
Hat er darumb studiret/
Daß er solt hingeführet
Werden zur Wärmens Speiß?

Wolrecht betrübte Zeiten!
Wenn der uns von der Seiten
Gerissen wird ins Grab/
Der einmahl könnte schätzen
Des Vaterlandes Spitzen/
Vnd Vnheyl wenden ab.

Ach Gott wenn man dran dencket
Wie offt sich mancher kräncket
Vor leyd; von Thränen-wein
Fast sinckt / vnd säufft gen Himmel
Wolt aus dem Weltgetümmel
Gern weggenommen seyn-

Noch dennoch muß er leben/
In Noth vnd Sorgen schweben;
Vnd wird ein edler Sinn
In seinen besten Tagen
Eh' er recht schmeckt das Klagen/
Vor ihm genommen hin.

Wem sol man dieß zuschreiben?
An wem kan man sich reiben?
Schießt Ich die dieberer

B iii

Des

Des Todes / der mit Worten
Noch streiffet durch allen Orden/
Das wer nur Phantafen.

Thuns auch die vielen Jahre.
Vnd seine grauen Haare
Das er nicht leben mag?
Ach nein; die blüth der Jugend
Wolt nur die Frucht der Jugend
Recht bringen an den Tag

Auff wem denn sol man schelten?
Sol es die Luft entgelten?
Ist die nicht mehr gesund?
Sie töd't noch nicht bey Schaaren
Als wol vor wenig Jahren
Auch dieser Kränß empfunde.

Wird es von dem nicht rühren/
Der alles weis zu führen
Durch Weißheit vnd Verstand?
Der aus dem Trauer-Leben
Die Seinen pflegt zu heben
Ins ewig Vater-land.

Was sol denn ewer Schmerzen
O ihr betrübte Herzen?
Mißgönnt ihr ihm die Freud.
Der vielmahl tausend Frommen?
Hat Gott ihn hingenommen/
Was sol denn ewer Leyd?

Er

Er ist vorhin gesendet/
Wenn Ihr nun auch geendet
Mit Gott den Lebens Lauff/
Solt ihr ihn wieder haben
Dort ewig mit mehr Gaben.
Zum Trost nem't dieses auff.

Aus schuldigem Mitleyden sehet dieses

Johannes Pistorius,
aus Preussen.

Germanis beatè Demortui

Fratribus S,

Vestro dolori condolere me decet,
Relicta Fratrum biga lugentissima,
Mœrere cogit ipsa memet caritas,
Quæ Christiana dicitur! vestram vicem
Dolere svadet, magna familiaritas,
Vos inter & me quæ diu jam floruit;
Quod Fratre vestro sitis orbi tam citò!
Cavete verò ne doloris limites,
Et constitutos exeatis terminos.
Navate potius, hæctenus quod strenui
Fecistis, operam sedulam, Fratris piè
Demortui vicem replere maximam
Ut polleatis. Sic Parens mœstissimus
Habebit, unde spem resumat pristinam.
Sed plura non permittit ægritonia,
Qua langveo fixus cubili, scribere.

Laurentius Cleverna.

Ad

Ad Cognatos suos piè defuncti

Fratres

NE FRATREM merito lacrymarum rore fleatis
Fratret Germani, vix inhibere volo.

Quin ego vobiscum tristissima luceo fata
Tam citò defuncti, quod mihi carus erat!


Hoc oro tantùm, flendi transcendere fines,
Quos posuit Pietas, quisq; cavere velit.

Vos Deus altipotens repleat Spiramine Sancto,
Crescat ut in Vobis spes modò raptà PATRI!

Ulricus Joachimus Crügerus.



Ad Mœstissimum Defuncti T
Magne Vir, Astrææ columen, Ducis
 Gloria, spes rerum maxima
 Adspice, qvanta cohors, factio ve
 Flebilibus Nati plangere fat
 Inter eos pietas, submissio pector
 Mente sedet memori, me si
Qui fuit infelix raptâ mihi Conju
 Est simul infelix hoc morien
 Omnia nunc florent, vitam novus
 Natus at in vivis desit esse tu
JAN-ALBERTI ADES, qvo non flo
 Palladis & Sophies, Eunomi
 Fronti modestus pectore candidus
 Virtutis gnarus, nec pietatis
 Varniadum specimen, Clarii gregi
 Spes tua, spes senii, spes pa
 Talis erat Natus, Roseis quem nup
 Funere præpropere merfit
Quid non varioli possunt? succid
 Primævum satagunt, decrep
 Flosculus ut primo visus florescer
 Ante cadit medium præripit
 Sic cadit hic primis Juvenis pulcer
 Sic ubi jam cœpit floridus est
Quid tibi nunc animi, VIR Consu
 Funera dilecti dum peracerb
 Præ mœrore tibi vix constas ipse,
 Nomine qvantumvis sis anir
 Omnia perturbat casus, dolor om
 Qvæ te multa tenent ardua,
Quid facias? mœrore velis desiste
 Sic humana, brevi tempore v
 Hanc rerum nosti seriem: sis ergo
 Commenda Domino Teq; t



the scale towards document

Alle